



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

ILLVSTRISIME S. R. I. COME
DOMINE GRATIOSISIME,
MAECENAS
STVDIORVMQVE MEORVM
PROMOTOR.



Eneolorum animas viu
scaturiginibus comparan
das esse censeo. Nam f
cut hæ (scaturigines,) qu
diutius scatent, eo nitidior
res guttas protrudunt; ita & istæ (animæ
per interiectum longius temporis inte

vallum, amorem inter omnes quoties
puriores scaturiunt; indeque benigno
vultu respiciunt ea, quæ aliorum quæ
que in vita laudabilia fecit. Vnde in illorum
rum ore miram comitatem & diuersam
a cæterorum arrogantia apud easdem
prehendes. Sic & TV, VIR ILLI
STRISSIME, FAVOR omnium
quibus virtus est faulrix, Beneuolorum
Summe! ardua meritorum fastigia si
fastu scandens, in reliquos mille gradibus
ab iis remotos, maiorem de die in die
omnium oculis & famæ, quam clementer
sine prodis amorem. Præprimis autem
venes, nobili stemmate natos, singulari pro
ne beneuolentiæ nisu, vagante constanti
fama, prosequeris, paterisque, illos assequeris
quantum merentur, dummodo recte merentur,
quantum assequuntur. Hinc & eg

VI

VIR ILLVSTRISIME, dissertationem
hanc meam cum operibus Doct
rum neutiquam comparabis, qui ocul
librorum, abscondita rationis, inscrutab
lia Codicum & Pandectarum scrutati sunt
quia non possum studiosus per triennium
academicum mea scientia tanta com
plecti, quanta postulat & penetrat
TVA, & illorum profunda eruditio. T
ergo, **VIR ILLVSTRISIME**,
vitium reperiens, idem tamen mihi, qu
TVA Clementia est, vitio nullatenus ve
tes, ad instar Clementissimi Numinis
quod omnes mortalium imbecillitates i
melius trahit, quodque neutiquam con
cedet, vt fato concedas, ne iustus mil
dolor etiam aduersus illud sit, quod T
patriæ, cuius alter parens, non filius v
caris, atque clientibus vigentem anni

no

non fessa ætate, præmaturo exitu raret. Attamen ego huius spei contra ob vniuersalem Dei optimi Maximi neuolentiam firmissime infisto, me meliori nota commendans

TIBI
VIR ILLUSTRISSE,
DOMINE GRATIOSISSIM
MAECENAS
STVDIORVMQVE MEORVM
PROMOTOR

humilissimus ac deuotissimus cliens

ERNESTVS CHRISTIANVS de PO



§. I.



Dvdum iam qualicun-
que dissertationi olim confici-
endæ mentem intendebam,
quo non tam desiderium me-
um quam iubentium volunta-
tem explerem. Iis quippe re-
rum mearum arbitrium Deus
dedit, mihi obsequii gloria relicta. Prodam ergo
in præsentiarum quid humeri valeant, quid ferre
recusent.

§. II.

Possẽm quoque si vellem numerum non me-
diocrem eiusmodi thesium, quas animo volveram
in medium proferre. Verum quid opus est tantis
§§. verbis magnificis rerum vacuis? Ad thema po-
tius ipsum accedam, cuius naturam, initium, or-
dinem, finem quantum fieri potest curatius evol-
uam.

§. III.

Rubrum dissertationis sufficienter declarat,
memoriam initii contra præscriptionem immemo-
rialem

rialem præprimis regalium & domaniorum tractaturum: de qua cum amplissimus differend campus superfit, viæ amœnitas eo me abripit, v talia quæram, quæ studia sapiant & nigro huic inferi possint. Ast vnde hæc? A Domino Præside, qui satis diu officii causa regalium & domaniorum materiam tractavit; hunc tenebam, hic scripti semina iecit, illius consilio hæc exarata, quæ prospere cedent.

§. IV.

Ad præscriptionem quod attinet, ea hodie æque ac vsucapio modis acquirendi rerum dominium accensetur. Olim non erat sic, cuius rei ratio hæc est: Tribonianus præscriptionem pariter ac vsucapionem in vnum quasi chaos confuse (a) transformavit, cum tamen notum, immo & notissimum sit, veteribus Romanorum ICTis Philosophiæ admodum studiosis, id semper curæ cordique fuisse, vt res distinctissimas verbis distinctis rite traderent.

Hinc

a) Illud quoad confusionem Vsucapionis & præscriptionis negari non potest, quod satis cum astutia facta sit, quæ non tam a Iustiniani quam Augusti statim temporibus & consiliis proveniebat, postquam enim primo - primum Imperatorum erat arcanum, ius Ciuitatis Romanæ exorbitans tollere seu peregrinis commune reddere, res mancipi, quorsum serui pertinebant, prius tollendæ erant, cum omnium diuitiarum fons & origo exinde manaret, regiaque fere in seruos potestas non potuisset non triumviratum similesque cum Principibus collisiones tota die proferre.

Hinc illi cum cernerent sine possessione solenni vsucapionem contingere non posse, vid. *L. 25. ff. de vsurp. & vsucap.* hanc vero in rebus quæ tangi non possunt, neutiquam obtinere; interim tamen nihilominus vsum quendam iis inesse animaduertent, hunc præscriptionis termino insigniuere, sicque vsum ab vsucapione optime discreuerunt.

§. V.

Vsucapionem vero Icti primis temporibus vsus & autoritatis nomine indigitarunt; id quod luculenter apparet ex orationibus Ciceronis, in oratione pro Cæcinna, ubi ita leges: *lex iubet vsum & autoritatem fundi esse biennium; cui adstipulatur Poetarum Priuceps Horatius, ita canens:*

Quædam si credis Consultis mancipat vsus.

§. VI.

Ne tamen aliquis sibi persuadeat, quod sic omnes res vel præscribi vel vsucapi possint, meum est monstrare quasdam ab vtraque tam præscriptione quam vsucapione immunes esse. Sunt autem ea, quibus perpetuum vitium & individuum quasi inhæret, quo plerumque Dd. res furtiuas referunt, de quibus hæc lex in XII. Tab. reperitur: *rerum furtiuarum æterna autoritas esto; cui addendum, quod nec omnes personæ vsucapere quondam potuerint; exemplo sunt præter fures, peregrini Romæ degentes, contra quos ita pronunciatum: aduersus hostem æterna autoritas esto.* Per hostem vero

peregrinum (b) tum temporis Decemuiros intellexisse, res est quæ omni dubio caret. De hoc v. & de interpretatione legum istarum vide Franciscum cum Balduinum *in Comment. ad L. Rom. § XII. Tab. L. 10. § II.*

§. VII.

Iam quaestio nobis ventilanda venit, vnde & quomodo præscriptiones, inter quas & immemorialis est, originem trahant, & quomodo in iure nostro fundentur? Quod ad originem earum spectat, in duo diuersa Icti abeunt castra; sunt qui existimant, ex iuribus Græcorum illas ad Romanos, a Romanis ad nos promanasse. Inter quos Balbus chorum ducit, qui illas ex mero iure ciuili deriuat. Vid. Ockelius *in tr. de præscript. imm. c. 1. lib. 15.* Sunt & alii, qui illas iuri naturæ & gentium tribuunt, hac potissimum ratione ducti, ne sine præscriptione dominia rerum per incerta litium voluerentur. Posteriora & ego sequor, quia omnino euitato dubio ius naturæ ea permittit, quæ ad communem

b) Tales tamen peregrini hoc loco intelliguntur qui suis legibus utebantur vid. Cicero *in offic. 1. cap. 12. Voss. Lib. 5. Instit. Orat. p. 345.* Vnde hostes dicuntur ab *Hofire* seu æquare, quoniam aliquam paritatem habebant cum iuribus Romanorum. Varro *Lib. 4. de LL. in pr.* egregia tamen remanebat ante tempora Imperatorum differentia, vnde de patria potestate repetit Tribonianus verba Halicarn. quod nulla amplius gens sit, quæ talem habeat, qualem Romani. §. 2. *l. de patr. potest.* ibique *Hotomann.*

modum generis humani (c) promouendum faciunt, quo pertinent sane præscriptio rerum in ambiguo subsistentium. Contradictentibus ergo facillimo negotio hac ratione obueneri potest, distinguendo inter ius naturæ præceptiuum & permissiuum; huius sunt præscriptiones, non illius. (d)

§. VIII.

Modus quatenus præscriptio immemorialis inter iura nostra miscetur, dat Crinomenon & esse huius dissertationis, eodemque nititur quæstio, quot annos illa requirat? De quo tamen infra uerius agam, ubi stabilita uera sententia, quæ ex natura rei fluit, post allatas uulgatissimas Doctorum sententias patebit, an ego cum cæteris eiusdem sectatoribus ad illam firmandam plane nouo nisu ducar, ut existimat Ockelius, qui & illam paradoxon vocat. *cit. tr. C. 1. th. 9.*

§. IX.

Præscriptionem immemorialem subsidiariam esse & exorbitantem quam luculentissime Iuris analogia demonstrat. Quomodo enim alioquin hic

A 3

suffice-

c) Id est utilitatem publicam sine illa enim salus priuatorum & utilitas priuata neutiqum stabilitur, inde utilitatem publicam alii socialitatem appellarunt. *v. Dn. Præsidis dissert. inaugural. de Beatitudine Iuridica. §. 4. & 5.*

d) Exceptiones iuris naturæ esse quis negauerit? præscriptiones uero cum exceptionibus erant unum idemque, unde præscriptio fori *L. 7. ff. qui sardare cog. v. Briss. de V. S. voce præscript.*

sufficeret mera testium de auditu depositio, quæ tamen meris verosimilitudinibus inniti, res est contra omnem dubitationis aleam posita. Vide de depositione testium pluribus Ockelium *l. c. Cap. 2. (e)* Nec obstat opinio Balbi quam Ockelius loco allegato ita inducit, quod neutiquam testibus de communi populi fama deponentibus credendum sit, sed iis tantum qui testimonium suum de honoribus perhiberent, qui verosimiliter sciuerint scire potuerint, rem vel esse præscriptam vel non. Res enim coniecturando non fit apodictica, & ideo statim ordinaria. Firmo itaque hæc sententia talo ex præsumtionibus scilicet consistere præsumptionem immemoriam.

§. X.

Sed antequam ad vltiora calamus stringam merito mihi conceptus immemorialis vocabuli permittendus videtur, initium facturo a memoria ipsa. Huius apud autores varius reperitur significatus denotat quippe vel reminiscenciam siue recordationem, quatenus memoria labilis esse dicitur, germanice *Gedächtnis* / & pro habitu accipitur, quod certi sumus nos hanc vel illam cogitationem iam a vice hac de re habuisse, & hic coincidit cum termino, quem nos germanice *Andenken* appellamus quemque ad præsens thema pertinere asserimus.

Po

e) Hic autor ut plurimum prohibitus, quoniam tamen in multorum manibus est extra locos prohibitionis, facili negotio in causa principali refutandus, ideoque citandus est.

Porro vel pro honore nominis & existimatione cuiuscunque hominis, vel pro commentariis apud Imperatores sacrae memoriae dicatis, & olim inter quatuor principalis palatii scrinia sumitur, de quo, vt & de eo, quid sit memoria damnari, quid memoriam alicuius abolere? vide Barnabam Brissonium de Verborum significationibus *lib. 2do* & *16to*, *sub voce memoria.*

§. XI.

Iam praestabilita voce memoria, facilis intellectui res est, quid ICTi per vocabulum immemoriale designent, idem enim est ac sine memoria, vnde patet, synonymum eius esse obliuioni traditum, idque ICTis ansam praebuit, vt immemoriam pro speciali vocabulo venditauerint. *Vid. L. 44. pr. D. de acquirenda vel omitt. poss.*; cum tamen nec vola nec vestigium de eo apud probatos alios auctores, immo neque in Codice neque in ff. extet. Nec opus est immemoriale vocabulum ab immemoria deducere; adiectiua quippe saepissime particula, tanquam alpha priuatiuo gaudent, nec tamen substantiua mox eadem ratione sese habent. Vnicum id declarabit exemplum. Utuntur enim Latini vocabulo improuidus tanquam adiectiuo, neutiquam vero improuidentiae statim substantiuum adhibent. *Vid. Barnabas Briss. lib. IX. de voce immemoria*, vbi monstrat, quod nec ibi *L. 44. pr. D. de acq. vel amitt. poss.* tanquam vnicum verbum immemoria, sed *memoriam* separandam esse ab *in*, vt sic cum vulgata ponendum sit *in memoria*. Huius vero

vero rei hanc rationem adducit, quod scilicet id
sui Legis non repugnet.

§. XII.

Ast ubi usus huius præscriptionis sese exer-
R. 1.) In seruitutibus rusticis; partim quod poti-
mum sint discontinuæ, partim quia & rusticis igr-
rantia iuris non nocet, & ita ob simplicitatem i-
rum simplex præscriptio aut longi temporis co-
tra eos currere non potest. Ad illam enim præ-
pue seruitutem sæpissime maxima incuria acce-
Huius rei testis est Dn. Ludouici in *Doctrina ff. com-
pred. tam urb. quam rusticorum*, ubi communis
Doctorum sententiam contra Ius Romanum & Sa-
nicum adducit.

§. XIII.

Eadem ratione res sese habet 2do) cum reg-
bus Principum. De quibus vero antequam v-
rius progrediar, quidnam sint regalia circumsp-
endum. Sixtinus ea definit, quod sint iura ei,
superionem non recognoscit, vel cui concessio
aut præscriptione consuetudineue quæsitæ sunt, co-
petentia ad salutem & decus reipublicæ tuendu-
Confer eundem *lib. 1. cap. 1. n. 14.* Mihi hæc de-
nitio cum ipsa solidiori originis regalium deduc-
ne quadrare videtur ad legem Regiam, quam
legem Imperii, immo priuilegium Augustum
cant. *vid. L. vn. C. de cad. tall.*, de qua tanti mo-
inter ICTos doctissimos orti sunt. Tributa eni-
hac lege Augusto, & post ipsam regnantibus
Senatu Populoque Romano omnis potestas le-
ferendi secundum beneplacitum. Distincta quippe

a lege Romuli, cuius Livi^{us} meminit *Lib. XXXIV. Cap. 6.* quamque cum hac pro vna eademque venditat Franciscus Hotomannus. Conf. Scipio Gentilis *in orat. de lege Regia.* (f)

B

§. XIV.

(f) Ipsum textum e tabula basilicæ Lateranensis vel partem legis Regiæ Vespasiani exhibet Briffon. *de Form. populi Romani lib. 2. p. m. 154.* ex quo placeat saltem verba citare sequentia: *Vtique quæcunque ex vsu Reipublicæ Maiestate Diuinarum Humanarum publicarum priuatarumque rerum esse censebit, ei agere facere ius potestasque sit, ita vti Diuo Augusto Tiberioque Iulio Cæsarique Aug. Tiberioque Claudio Cæsari Aug. Germanico fuit. Vtique quibus Legibus Plebeie scitis scriptum fuit, ne Diuus Aug. Tiberiusue Iulius Cæsar Aug. Claudius Cæsar Aug. Germanicus tenerentur iis legibus plebeie scitis Imp. Cæsar Vespasianus solutus sit, ex quibus liquet vocem *utique* partim afferere Principi partim restringere eius potestatem, sicuti verba germ. *Wir sollen und wollen*: cumque Suetonius de Vespasiano dicat, quod vndique inuestigatis exemplaribus instrumentum Imperii pulcherrimum ac vetustissimum confecerit, venia sit coniecturæ, quod pars illius videatur, quæ hoc loco exhibita est:*

§. XIV.

Quando ergo hoc loco differimus de regalibus non tantum intelligimus bona, regalem dignitatem annexam habentia, aut ea, quæ ad ius fiscale spectant, sed & illa personalissima, quæ officibus, dicere amant publicistæ, Principis inhærent. Quomodo omnia ut distincte concipiantur, distinctius exponam atque separatim in illa inquiram.

§. XV.

Neminem omnium iuris publici studiosorum ut ego quidem existimo, latebit, publicistas vult distinguere regalia in maiora & minora. Vterque conceptus iam comprehenditur sub generali definitione regaliæ. At bona regalem dignitatem annexam habentia, ab illis scilicet regalibus maioribus & minoribus in eo potissimum differunt, quibus nonnunquam addatur vocabulum feudi, ut & beneficiorum, quæ & cohors Imperatorum feuda nominatim appellare solet, immo sæpe feuda titulata, quod in regalibus maioribus & minoribus neutiquam predicari potest. Vide pluribus ea de re Sixtini tractatus de regalibus *lib. 1. cap. 1. n. 33.* nihilominus tamen regalia maiora, respectu ad ipsorum præstantiam habito, multis parafangis post se relinquunt minora. Hæc enim secundum quid regalia tantum vocari possumus, quippe quæ ad proventus fiscales, non ad ipsam potestatem spectant supremam, ut ex confiscatione bonorum & thesauri nouiter inuenti testatur. Illa autem maiora per excellentiam ita appellitantur, & simpliciter reseruata audiunt; qui

ex quibus summa Principis potestas, ut sol e radiis a cæteris stellis, palam dignoscitur.

§. XVI.

Radiis eiusmodi præcipue annumeratur potestas condendi leges, quibus in terris Principis omnes ac singuli obligantur. Conf. Sixtinus *lib. 1. cap. 2do passim*, ubi regalia (g) speciatim enumerat. Nec minus ius priorum Imperatorum, bona mobilia Episcoporum, qui vita excefferant, primi-que post obitum ipsorum anni redditus ad fiscum trahendi, speciali nomine regale appellatur. Confer Pfeffingerum *in Virr. Illustr. ad lib. 1. Tit. XV. §. 24. in nota a.* Ad minora vero referendæ sunt

B 2

deci-

(g) Ipsa vox regalium feu regaliorum in nostro significatu e mediæ ævi latinitate ortum traxisse videtur, olim enim ista raro reperta, idemque fere erat quod regium, vel Rege dignum, sicuti ex *Festo* probat *Martinius*, Germanicorum veto Regum proven-tus aut Fiscalia Regum vocabantur. Sicuti apud *Conradum Urspergensem* sub anno 1109. *Cuncta Regum antiquorum fiscalia suam in ditionem interim recepit*, vel etiam appellabantur, *regalia*, ita enim Bruno de bello Saxonico: *Tanta profligatio regalium, ut post hæc Reges nostrarum partium rapinis potius quam regalibus sustentandi sint*, & generaliter *Radeuicus. lib. 3. cap. 41. Regalia veluti monetam, teloneum, pedaticum, portus, comitatus & alia similia, si qua sunt, commune Mediolanensium dimittet, & ultra se non intromittet*, inde etiam: *Regalia B. Petri pro patrimonio sumuntur apud Romualdum & alios, vid. Petr. Diaconum lib. 4. Chr. Casin. cap. 35. 36. 37.*

decimæ ex salinis prouenientes, de quibus fusi agit Ockelius *cap. VII. th. 18.* In his vero omnibus præscriptionem nostram immemoriam locum habere, communis ferme Doctorum sententia testatur, excepto Ockelio, qui loco allegato eiusmodi regalia, quæ oneribus accensentur, vel solo 40. annorum lapsu præscribi posse existimat, ad instar oneris non soluendi vectigalia.

§. XVII.

Inquirendum iam mihi foret, qua ratione numero regalium conveniendum sit, an lex vni feudorum, quæ sint regalia, in decisione motarum de regalibus quæstionum pro diiudicandi norma habenda sit, an non. Verum negatiuam sententiam, quam ego tuitus essem, iam dudum in suscepit Benedictus Carpz. in definitionibus suis *rensis P. III. Const. 32. def. 17. n. 7.*, hac ratione motus, quod nonnulla regalia sint, quæ ibidem tamen occurrunt, quale sine dubio ius est venandi (h) quod nec ibi reperitur, & sic sese res habet cum cæteris.

§. XVIII.

(h) Venaticum & Venatio olim in Germania tributa & exactiones pertinebant, vid. Charta Lotharii Imp. anno 840. apud Chistetium in *Trenorchio p. 26.* it. Charta Caroli III. Imp. apud Coelestinum & Vghellum in *Episcop. Bergomensib. nostræ innotuit mansuetudini, quod quædam venationes publicæ ex iniustis & contra omnes leges inuenta consuetudine in quibusdam comitatibus vel ministeriis publicis a nostris exactoribus annuatim exquirantur, clarius tamen, quod venatione*

§. XVIII.

Nec ventis tradenda sunt, quæ de regula, respectu regalium iam iam constitutorum & olim constituendorum asserenda vel neganda veniunt. Eiusmodi generalis, ut mihi quidem videtur, tradi non potest, nisi illam assumere velles, quam destinatio Principis conficit, cui de prudentia non vero de necessitate quandoque (i) annectendus est consensus statuum. Sic inter omnes constat, in nonnullis locis ius conficiendi vinum sublimatum inter regaliorum numerum relatum esse. Pari ratione res sese habet cum iure braxandi & vfitatissimis cæteris in variis variorum Principum territoriis.

§. XIX.

Eadem ratione hanc esse comparatam regulam: omnes redditus, ex quibus ad commodum reipublicæ insignis quædam utilitas redundat, regalia fieri possunt, facile concedes. Idem & de hac prædicatione: quicquid est ad spotum, atque sub terra ab-

B 3

fcon-

nationes nostræ ad regalia Regum Francorum iam pertinuerint, apparet ex eo, quod quatuor Venatores principales olim fuerint in palatio vid. Hincmarus *de ordine Palatii cap. 10. §. 24.* *Maitre Veneur de notre Venerie, qui de son droit doit etre maitre de nos forets*, idem in statuto Caroli V. *Regis Fr. an. 1014. apud Vghellum T. 4. p. 1068.* longe igitur iam tum recessit ius germanicum a populari iure Romanorum.

(i) Scil. si talia quæ regulariter priuatis competere solent, ad regalia connumeranda sint, subterranea enim potissimum rariora suo iure eo iam pertinent.

conditum, illud est regale; quia vulgatissima Doct
rum opinio hoc confirmat, præcipue Grotii *de iur
belli & pacis lib. II. cap. 2. §. 4.* Puffendorffii *de iur
nature & gentium lib. IV. cap. 6. §. 4.* Stryckii in p
culiari dissertatione *de iure Principum cap. 1.* Sch
teri in Institutionibus iuris Germanici *aph. 14.*
Aurea Bulla *cap. IX. Sachsen = Spiegel lib. I. art. 3.*
Ibi verba: *Alle Schätze unter der Erden gehören
zur Königlischen Gewalt /* de mineralibus intellige
da sunt, vt docet Ziegler *in tr. de iure Maiestatis
cap. XIX. §. 16.* Consentit B. Dn. de Cocceii *de iur
publico cap. XXII. §. 47. 48.* B. Dn. Stryckius cita
loco. Secundum quos ad metalla pertinent; creta
corbones fossiles, & quæcunque viliora, e. g. a
gilla, fucci concreti &c. Ideoque nec hodie que
quam in fundo suo præter Principes mineralia etia
vilissima scrutari licet, nisi id speciali gratia a sup
riore impetrauerit. Vide Zieglerem loco cita
§. 16.

§. XX.

Exinde iam fluit, 1.) quod multa, quæ hodie
inter regalia nondum relata sunt, cras circumstan
tiis ita ordinatis regalia fieri possint. Vid. Illust. D
de Ludewig in Comm. ad Auream Bullam *cap. I
Tit. IX. §. 1. in nota sub litt. T. p. 834.* vt & Rosen
thal. *de feudis concl. 34. n. 1.* 2.) Quod dominiu
priuatum ultra superficiem cuiusdam vel prædii
non extendat. Vid. Vitriarius in Institutionibus I
ris Pub. *lib. III. Tit. XVIII. §. 29.* It. textus in co
stitutione Friederici Imperatoris *de pace constitu
§. volumus.* 3.) Quod & terra alba, licet aliis vi
vide

videatur, ad regalia reduci possit, si Princeps velit, qualis casus in terminis exstat in actis processus Camerae Magdeburgensis contra Ducem Hassiæ-Homburg. contra quem terram albam sibi vindicantem, prioris iudicis sententia stabilita, ita pronuntiarunt Dni Halenses Icti, quod respectu prioris sententiæ leuteratio neutiquam procederet, hincque illam confirmandam putarent. Rationes in singulari hocce casu hæ erant dubitandi: 1.) quod possessor Præfecturæ *Hætenleben* terra alba continuo fruitus esset, vnde ipsius possessio & huic a Rege concessa foret. 2.) Petitionem Principi videri regulam: in regalibus adversus Principem locum non esse possessorio. 3.) Si id iuris Regi competeret, antecessores illius terram hancce dudum adtracturos fuisse. 4.) Meros etiam nobiles & metalla & ferrifodinas & carbones fossiles possidere. 5.) Quod sic meræ lapidum fodinæ ad regalia trahi possent. 6.) Nec rescripta Principis valerent; quia illa futura respicerent, non præsentia. Ast enim vero tanto rationum cumulo quam doctissime paucissimis hisce satisfacere Dni Halenses. 1.) Quod superficies tantum ad dominum priuatum, subterranea vero ad iurâ territorialia, quibus regalia subessent, pertineant. 2.) Quod nihilominus rara ad regalia reduci possint, etiamsi huic terræ quoad pretium neutiquam æquipararentur.

§. XXI.

Eodem modo suam de hoc casu sententiam Erfordiensis ita tulere: **Daraus so viel zu befinden / würden**

würden Deducenten (k) die gerühmte possessio-
nem immemoriam anderergestalt und besser als
noch zur Zeit geschehen / dabey den Deducten der
Gegen-Beweis und andere rechtliche Nothdurfft vor-
behalten wird / nicht erweisen / können dieselbe die
weiße Erde quæstionis sich nicht zuetgnen. B. R. W.

Vbi rationes in contrarium hoc potissimum
argumento redarguunt, quia eruditissimorum Iu-
ris peritorum sententia, quod omnia subterranea
potissimum rariora secundum statum hodiernum
Imperii nostri ad regalia & consequenter ad iura ter-
ritorii pertineant, &c. allegantes Hornium de c.
uit. *lib. II do cap. 3. §. 1. 8.* Vitr. in Iure pub. *lib. VII.*
capite XVIII. §. 28.

§. XXII.

Neque suo in rebus domanialibus Principum
præscriptio immemorialis destituitur usu. Etenim
maxima utilitas exinde ad vniuersum aliquod ter-
ritorium redundat, si Princeps domaniis (l) pollet

(k) Puta Dominos Hassiæ Homb. Langr., qui
præfecturam *Hötensleben* vbi terra hæc alba reperitur
& foditur, ex prætenso feudo hætenus posside-
rent.

(l) Vox domanii in generaliore significato a de-
manio seu domanio deriuatur, vnde Alexander
Abbas Celestin. de Vita Rogerii Regis Siciliae *lib. 3.*
cap. 14. illis qui castro eius præerant, vt & ipsi Re-
gis super se quantocius suscipiant Demanium. Videt
du-Fresne in *Glossar. Voce Demanium*, in specialiori
autem significato a *domate* deriuandum esse ideo
constat

Si enim solam reuerentiam Principibus debitam aliquis spectaret, longi temporis præscriptio iam sufficeret. Verum ob prius immemorialis necessario requiritur, quod non tantum communis Doctorum sententia, vti Brunnemanni probatissimi viri *Conf. 133. n. 229. Carpz. lib. 1. Resp. 38. n. 11.* sed & mores plerorumque gentium, vt Sicularum, Polonorum, Hungarorum, quid? quod ipsa ratio & ius sacrum sua luce collustrant. Confer ad hætenus dicta Ockelium *Cap. III. th. 23.* vbi Conringium adducit, qui e sacris paginis Salamonis exemplum affert, qui 20. vrbes, quas dotis loco a socio suo Ægyptiorum Rege acceperat, Hieramo dono dedit. De quibus tamen ad nostra tempora parum argumentari licet, quippe

constat, quod Imperatores exinde integros Episcopatus fundauerint, in omnibus enim Germaniæ provinciis etiam mediatis domos habebant cum ingentibus apertinentiis & territoriis, quæ coniunctim *domata* vocabantur, quod clarissime ex diplomatibus & foundationibus mediæ æui probari potest, vid. apud Leibnitium vit. Meinweri Episc. padeb. *Tom I. script. rer. Brunsv. p. 525.* Rex eundem Episcopatum, quem ex integro in suo domate fundauit. it Ioan. Diaconus *lib. 1. vitæ S. Gregorii c. 6. monasterium in proprio domate fabricauit.* Charta Caroli M. apud Broverum *l. 3. Antiqu. Fuld. c. 16. cum in proprio domate sibi monasterium fecisset.* Chronicon Reichersbergense an. 1004. *Nobilissimum Episcopatum Babenberg ex integro in suo domate fundauit*, alia tamen tunc temporis domatum seu domaniorum facies erat quam deinceps.

würden Deducenten (k) die gerühmte possessio-
nem immemoriam anderergestalt und besser als
noch zur Zeit geschehen / dabey den Deducten der
Gegen-Beweis und andere rechtliche Nothdurfft vor
behalten wird / nicht erweisen / können dieselbe die
weiße Erde quæstionis sich nicht zuetgnen. B. R. W.

Vbi rationes in contrarium hoc potissimum
argumento redarguunt, quia eruditissimorum Iu-
ris peritorum sententia, quod omnia subterranea
potissimum rariora secundum statum hodiernum
Imperii nostri ad regalia & consequenter ad iura ter-
ritorii pertineant, &c. allegantes Hornium de c.
uit. *lib. II do cap. 3. §. 1. 8.* Vitr. in Iure pub. *lib. VII.*
capite XVIII. §. 28.

§. XXII.

Neque suo in rebus domanialibus Principum
præscriptio immemorialis destituitur usu. Etenim
maxima utilitas exinde ad vniuersum aliquod ter-
ritorium redundat, si Princeps domaniis (l) polleat
S

(k) Puta Dominos Hassiæ Homb. Langr., qui
præfecturam *Hötensleben* vbi terra hæc alba reperitur
& foditur, ex prætenso feudo hæctenus posside-
rent.

(l) Vox domanii in generaliore significato a de-
manio seu domanio deriuatur, vnde Alexander
Abbas Celestin. de Vita Rogerii Regis Siciliae *lib. 3.*
cap. 14. illis qui castro eius præerant, vt & ipsi Re-
gis super se quantocius suscipiant Demanium. Videt
du-Fresne in *Glossar. Voce Demanium*, in specialiori
autem significato a *domate* deriuandum esse ideo
constat

Si enim solam reuerentiam Principibus debitam aliquis spectaret, longi temporis præscriptio iam sufficeret. Verum ob prius immemorialis necessario requiritur, quod non tantum communis Doctorum sententia, vti Brunnemanni probatissimi viri *Cons. 133. n. 229. Carpz. lib. 1. Resp. 38. n. 11.* sed & mores plerorumque gentium, vt Sicularum, Polonorum, Hungarorum, quid? quod ipsa ratio & ius sacrum sua luce collustrant. Confer ad hæc tenus dicta Ockelium *Cap. III. th. 23.* vbi Conringium adducit, qui e sacris paginis Salamonis exemplum affert, qui 20. vrbes, quas dotis loco a socio suo Ægyptiorum Rege acceperat, Hieramo dono dedit. De quibus tamen ad nostra tempora parum argumentari licet, quippe

constat, quod Imperatores exinde integros Episcopatus fundauerint, in omnibus enim Germaniæ provinciis etiam mediatis domos habebant cum ingentibus apertinentiis & territoriis, quæ coniunctim *domata* vocabantur, quod clarissime ex diplomatibus & foundationibus mediæ æui probari potest, vid. apud Leibnitium vit. Meinweri Episc. padeb. *Tom 1. script. rer. Brunsv. p. 525. Rex eundem Episcopatum, quem ex integro in suo domate fundauit.* it Ioan. Diaconus *lib. 1. vitæ S. Gregorii c. 6. monasterium in proprio domate fabricauit.* Charta Caroli M. apud Broverum *l. 3. Antiqu. Fuld. c. 16. cum in proprio domate sibi monasterium fecisset.* Chronicon Reichersbergense an. 1004. *Nobilissimum Episcopatum Babenberg ex integro in suo domate fundauit*, alia tamen tunc temporis domatum seu domaniorum facies erat quam deinceps.

quippe inter omnes constat, Deum sæpe optimum maximum maximas mortalium imbecillitates quam clementissime permisisse; quis vero inde colligere vellet, id iuris diuini etiam permiffiui esse a quo inlelectus diuinus æternum abhorret. Ne unquam Ockelius probauit, Conringium hoc exemplo domaniorum præscriptionem demonstrasse cum etiam tyro videat, hunc loqui de bonis patrimonialibus, quæ mille parasangis a domanialibus distant (m). Sunt enim instar subiecti alicuius bonorum in commercio hominum.

§. XXIII.

Differentiam vero domaniorum ab aliis bonis distinctius vt concipias, scias, me intelligere potest ea talia bona, quæ vel statuum territorialium impensis comparata Principi, vel tacite per longum tempus, vel expresse eam ob causam incorporata sunt, vt statum Principis ciuilem seruent, atque adeo iste territorii dominus domum instruere, mensuram parare, consiliarios & legatos alere vel expensere & aliis impensis ciuilibus, imprimis vero maxime necessariis ad sui gloriam tum apud exteros tum apud subditos, & terrarum vtilitatem promouendam

(m) Omnis lex mutatur ex status publici mutatione, hanc regulam qui obseruat, sicuti in nullius in legum interpretatione facile errabit, ita sane ista regula in tota hac materia de regalium & domaniorum explicatione præmonenda est, ne contradictio oriatur, si hodie ad domania referantur, quæ olim forte patrimonialia erant.

uendam satisfacere possit. Alii cum Vitriario hanc de illis ideam tradunt, quod scilicet sint omnia ea quæ competunt Principi vt Principi, quæque a Germanis *Cammer-Güter* (n) a Gallis *Domaines* vocantur. Sed magis perspicue & propius ad nos accedit Seidelius in *Diss. quadam inaugurali de sacro domaniorum iure assert.* 3. p. 17., dum ea considerat tanquam res, quarum fructus in Principis mensæ au-læque expensas necessarias destinati, eius potestati subiectas, Imperio nominatim vel tacite incorpora-tas & iure vel priuilegio domini utiliter munitas. Conf. Pfeff. *Vitr. Illustr. lib. III. tit. XVIII. §. 2.*

C 2

§. XXIV.

(n) Nonnulli differentiam formant inter *Cammer- & Taffel-Güter* sicuti vero ex ipsis diploma-tibus potissimum Ducatus Magdeburgici, olim Epis-copatus, constat, quod plus quam centum ab-hinc annis *Cammer- & Taffel-Güter* perinde ac-ceperint Germani, ita quoque illi, qui differentiam nihilominus cum fundamento formant, cum grano salis accipiendi sunt, si scil. separata distinctio & ad-ministratio probari possit, & hoc est, quod desti-nationem ad mensam præsertim requirant, vbi vero separatio talis vel distinctio probari non potest, came-ralia bona, vnde status Ciuilis Principum seruari de-bet, paria cum domaniis iura habere, prout quasi a lueo fluit. vid. Dn. Ludouici in *Doctrina ff. de iure Fisci §. 1.* Idem constat ex interpretatione recessus provincialis statuum Magdeb. de anno 1541. Zum andern sollen Sr. Churf. Gnaden und deren Stifft-Schulden samt denen Beschwehrungen und Verpfändungen dero Cam-mer oder Küchen-Amte ic.

§. XXIV.

Ex finibus domaniorum quam luculentissimè patet, illa esse iuris naturæ & gentium. Fingamus coalescere nouiter quasdam societates, quæ clauibus regiminis seniori aut sapientiori ex numero suo tradere necesse haberent; quid, quæso, faciendum ipsis foret respectu habito ad negotia & ornamenta noui Principis? Nonne deliberandum ipsis esset unde impensas suppeditarent? Certe, natura ipsorum mortales hoc edocet. Non ergo est cur domania originetenus ex iure Græcorum vel Romanorum tam alte repetamus. Neutiquam enim sequitur, Romanorum Imperator Augustus primus prouincias ordinauit, easque inter se & senatum Populumque Romanum diuisit; Vide Suet. in Aug. *cap. XLV*. Illarum redditus ad fiscum, hæc ad ærarium pertinerunt; ærarium militum & legem vicesimæ inuenit, iuxta Gutherium *de officiis domus Augustæ lib. cap. XLIII*. Ergo domania ex iure Romano originem trahunt; Bonorum enim principalium facies post tantum interiectum temporis tractum, valde immutata est. Hinc eo non amplius respiciendum quomodo domania constituentur, (o) sed quomodo consti-

(o) Ipsa tamen Constitutio iuris Germanicæ cum æque non deficiat, operæ pretium erit originem diuersitatis inter cameralia, domanialia & fiscalia bonorum ex antiquitatibus germanicis & mediæ æui communibus altius repetere. Et quidem Camera generalis erat terminus, ubi reliqui redditus regulariter concurrerant.

constituta vel augeantur vel rite conseruentur, & præcipue cui vsui inferuiant apud nos hodiernis temporibus, de quibus videatur omnino Seckendorff in tractatu politico, cui titulus teutscher Fürsten-Staat / P. III. cap. 1. §. 2. & sequentibus.

§. XXV.

Hic vsus eorum plenius patefcet, explicatis antea sumtibus, ad quos in conseruationem status

C 3

fui

rebant, ita Frider. I. Imp. apud Helmoldum *lib. 1. cap. 20. & in historia Archiepisc. Bremens. an. 1155.* Magna requiritis, o Viri romani de exinanita Camera nostra. Quinimo prouinciæ & vrbes quæ immediate Principi suberant ad Cameram pertinebant. Domania seu domata vero erant redditus speciales, vti iam dictum, & adhuc hodie a Camera administrantur, nisi specialis separatio doceatur, ad fiscum autem in specialiori sensu regulariter pertinebant, quæ fisco sociata erant ex bonis priuatorum, iuxta appendicem Cod. Theodos. *Constit. 14. & 19.* & communiter in feudum vel beneficium dabantur vnde feofactor seu donator a fe & ode, vox fe autem seu merces & fief pares videntur habere natales, nec defuncti qui feudum a fisco deriuant, qui nunc omnes facilius intelligi poterunt. vid. *Annales Metenses an. 847. deditque illi Comitatus & fiscos plurimos.* Baldrinus Nouiom. *l. 2. c. 35. ipsum locum in fisco tenebat.* Oedericus Vital, *lib. 10. Plerique Francorum qui binis cogebantur dominis obsecundare, pro fisco, quibus abunde locupletati.* Vetus Charta apud Marcam in *Hist. Beneharn. lib. 4. c. 11. n. 1. dedit ei in fisco & filiis suis & suæ progeniei 12. Conductus i. e. hospitia seu albergarias.*

sui Princeps impendendos tenetur. Hi vero bifur-
 riam diuiduntur. Nam iste vel bellicis distringitur
 negotiis, vel pace tranquilla fruitur; quæ ad il-
 gerenda impensæ requiruntur, collectarum nomi-
 ne veniunt & contributionum; quibus hic vitu-
 ciuiles sunt, & his imprimis bona cameralia & men-
 lia accensentur, quæ moderni domanialia iterum a-
 pellitant, suntque in Principum victum & amictum
 immo ad adaugendum statum vel concedendum co-
 siliariorum, qui innocentius semper egerunt, fortu-
 nas impendenda. Clarius hoc perspicies in Reces-
 quodam Prouinciali Magdeburgico Domini Ma-
 chionis Ioachimi Friederici Halæ die Mercurii po-
 festum Iohannis Baptistæ Anno 1578. concluso,
 quo res ipsa a Statibus Archi-Episcopatus æqu-
 agnoscitur, his verbis: und können leichtlich erm-
 sen/ daß Se. F. G. uf derselben Hoffhaltung in
 Regierung Jährlich einstattliches aufgehet / und da-
 Se. F. G. nicht unbillig beschwerlich / daß Sie des ord-
 dentlichen Fürstlichen Einkommens nicht allerding
 mächtig seyn können / wären derowegen auch nicht
 ungeneigt gewesen / sich auf Mittel und Wege er-
 zulassen und zu schliessen / wie und auf was man
 die Fürstliche Cammer / Kämber / Zölle und G-
 leite und andere ordentliche Einkommen und Zif-
 Güther / davon Se. F. G. ihre Fürstliche Hoffhal-
 tung und Regierung bestellen / und erhalten müssen
 Von denen obliegenden Beschwerungen zu freyen
 It. in Responsione Statuum de anno 1582. ad eiu-
 dem Domini Administratoris Archi-Episcopati
 Magdeburgici Domini Ioachimi Friederici post-
 lat

lata, eadem ponderantur, hunc in modum: Den andern Articul aber anlangende / darinnen Se. J. G. mit Gnaden begehren zu berathschlagen und zu beschliessen / wie und auf was masse des Erz-Stifts jetziges geringes Einkommen / mit Befreyung des selben verfesten ordentlichen Cammer-Renten / Aembter / Zölle und Geleite / zu verbessern / auch welcher Gestalt Se. J. G. egllicher derselben angezogenen und allberest verrichteten / zum Theil auch noch täglich fürfallenden und künftigen nothwendigen und wichtigen Ausgaben halben Erstattung und Willfahung gethan / und auch Sr. J. G. getreue Diener / wegen ihrer geleisteten langwierigen getreuen Dienste mit etwas bedacht und begnadiget werden möchten ꝛ.

§. XXVI.

Cum ergo bona ista, vt ita cum Vitriario loquar, diu iam in Germania in vsu fuere, neutiquam credendum, domania a Gallis (p) ad nos proma-

(p) Seu hodiernis inuentis gallicis ob cameram Reunionis in medium productis, vt nonnulli opinantur, hæc enim inuenta cum ipsa constitutione & genuino statu domaniorum neutiquam confundenda sunt, quam tamen confusionem præclari Icti adhuc hodie euitare vel non potuerunt vel noluerunt, ob non intellectam forte linguam gallicam & latinitatem mediæ æui; similes glossatorum Iuris Ciuilis, qui plures Constitutiones Imperatorum græcos omiserunt, respondendo: hæc græca sunt, nec legi nec intelligi possunt.

promanasse; etenim manibus quasi palpamus, etiam veteres Germanos circa illa Principibus suis procuranda vel reluenda occupatos fuisse, ut videmus ex eodem Recessu paulo ante allegato, ubi status mentem suam exponunt: **Sondern wolle so viel immer möglich Sr. J. G. uf ihr gnädigst Suchen mit unterthänigster Zulage zu Befreyung ecklicher Sr. J. G. ordentlichen Einkommens u Cammer-Güter in Unterthänigkeit gerne gewahrt fahret sehen.** Vbi tamen, quod per parentheses moneo, etiam detrimentum, quo prouincia, alienationem bonorum istorum afficitur, his verbis expriment: **Und Sr. J. G. zu Erlangung d selben / mit Uffwendung beschwerlicher Unkosten unterthänigst gerne verschonen.** Non ergo sequitur vox domanii hucusque Germanis quibusdam ignota fuit, ergo res domaniales non habuere. Numerus enim documentorum veterum innumerus posterum confirmat. Ex millibus adhuc vnum & alterum adnotatam ex diplomatibus Magdeburgicis desumuntur in quo pari ratione Principes de salariis ministrorum, de ædificiis, de mensa, & aliis impensis uilibus solliciti fuerunt, quid? quod bona eiusmodi alienata, dato pretio, statibus sumtus subministrantibus reluenda curarunt, verba hæc sunt: **So gehörten Se. J. G. Jährlich 7000. Zulage zu Sr. G. Regierung und Hoffhaltung nochmahls zu willigen und nachzuschicken, und zugleich Sr. J. G. alte Râthe und Diener zu Ergözung ihrer Sr. G. und dem Erz-Stifte geleisteten treuen Diensten mit einer namhaftesten Summa Geldes zu bedenden**

und in die Uffbringung derselben zu willigen / oder
 aber mit einem jeden insonderheit / was er sich zu
 getrösten haben solle / zu handeln / und da in densel-
 ben jeko mit baarem Gelde nicht gewillfahret wer-
 den könnte / ihnen dasselbe mitlerweile zu versichern
 und zu verzinsen. *zc.* Cui addo ex Recessu de anno
 1583. hæc verba: Daß höchst-gedachter Unser Gnä-
 digster Herr der Administrator aufberührtem Land-
 Tage allhier zu Halle Anno 1578. gnädiglich proponi-
 ren / und der Landschafft zu Gemüthe führen lassen /
 wie es um das ordentliche Einkommen Sr. J. G.
 Rent-Cammer / Aembter / Zölle und Geleite so ge-
 ringlich beschaffen / und was dagegen vor Beschw-
 rungen darauf hatten / desgleichen / wie Sr. J. G.
 so ein grosses und stattliches jährlich auf derselben
 Regierung und Hoffhaltung glenge / und wie ganz
 beschwerlich Sr. J. G. wäre / daß Sie ihres ordent-
 lichen Fürstlichen Einkommens nicht aller Dinge
 mächtig seyn könnten / derowegen dann Sr. J. G. da-
 mahls bey ihnen anädiglich gesucht / uf Mittel und
 Wege sich einzulassen / wie und uf was massen Sr. J. G.
 Rent-Cammer / Aembter / Zölle und Geleite und
 andere ordentliche Einkommen und Tisch-
 Gütther / davon Sr. J. G. ihre Fürstliche Regie-
 rung und Hoffhaltung bestellen / und erhalten müs-
 sen / von denen obliegenden Beschwerden gefreyet /
 Sr. J. G. des Fürstlichen ordentlichen Einkommens
 allerdinges habhaft gemacht / und den Jährlichen
 Ausgaben in andere Wege rath geschaffet werden
 möge. *zc.* Huc pertinet illud ex Recessu Halensî Mar-
 chionis Ioachimi gloriosissimæ memoriæ conclu-
 sum

sum die Mercurii post misericordias domini Anni 158
 Zum vierten als höchst-gedachter Unser Gnädigste
 Herr der Administrator auf diesen jetzigen Land-
 ge / inmassen auf ecklichen vorigen gehaltenen Land-
 und grossen Ausschuss-Tagen sonderlich Anno 157
 auch geschehen / bey Sr. F. G. getreuen Landschaf
 und gemeinen Ständen des Erz-Stifts der B
 freyung halber Sr. F. G. versetzten ordentliche
 Cammer-Renthen / Aembter / Zölle und Geleiter
 auch wegen Ersetzung Sr. F. G. gethanen stattliche
 Auslagen / die S. F. G. in dem Magdeburgl. Ein-
 tritt vorgewesenen Reichs-Tagen und sonsten not
 wendig aufwenden müssen / und Sr. F. G. hiebev
 albereit zum theil zu erstatten gewilliget ꝛ. und dan
 wegen Abfindung und Begnadigung ihrer getreue
 Räte und Diener nachmahls gnädigste Erinnerung
 und Anmahnung thun lassen / und gemeine Stän
 de des Erz-Stifts hierauf anfänglich allerley Diffi-
 cultäten und Beschwerden eingewendet / so habe
 sie sich doch endlich dahin vernehmen lassen / auch zu
 gesagt und gewilliget / daß Ste Sr. F. G. in Be-
 tracht / daß dennoch solch Sr. F. G. gnädiges Si-
 chen nicht unbillig zu Erstattung ihrer angezogene
 stattlichen Auslagen 40000. Rthl. gute ganze unver-
 schlagene und unverbothene Thaler Stück vor Stück
 gerechnet ꝛ. Nec floccipendenda sunt ea, quæ i
 Recessu quodam secundario Domini Augusti Duc
 Saxoniae cum statibus Magdeburgicis Halæ confect
 die 20. Dec. Anno 1650. Vorß 2. nehmen Ihr
 Fürstl. Durchl. auch mit gnädigstem Dancke an
 daß Dero getreue Landschafft wegen Einlösung de
 Aempte

Aembter Sommerschenburg und Hötensleben sich unterthänigst erkläret und versprechen / weil beyder Aembter Einlösuungs-Termin zugleich in dem 1651. Jahre fällig / und ihnen solche beyde Wiederkauffss-Summen in einem Jahre aufzubringen unmöglich / daß Sie in solchem 1652. Jahre nur allein das Ambt Hötensleben mit 23000. Rthl. einlösen / das Ambt Sommerschenburg aber / wenn der Herr Obriste Bizthum dasselbe noch ein Jahr von der Relutions Zeit an inne behalten / und in Ruhe zu stehen / zu disponiren seyn werde / und also auf Fastnachten 1652. mit 21000. Rthl. worunter das Inuentarium, wieder einlösen wolten ꝛc.

§. XXVII.

Multum ad hæc abest, vt ii rem acu tetigerint, qui domaniorum primam originem a moderna Gallica, *domaines*, deducunt, vt potius mille parasangis a vero & communi deriuationis tramite aberrent, dum in fallaciam incidunt, petitionemque principii committunt, quippe adhuc in ambiguo quæstio est, anne a latino proficiscatur dominio. Confer Vitriarium in Pfeffingero Illustrato *lib. III. tit. XVIII.* vel potius a domo & inde descendente voce latina domate, quæ cum ipso dominio differt tanquam genus & species, vti superius monitum. Ad minimum hæc posterior deriuatio, vt mihi quidem iterum iterumque videtur, tam rationi, quam genio linguæ vtriusque consentanea est. Etenim ipsa præsumptio pro lingua latina militat. Hæc mater, illa filia, huic illa, non itaque hæc illi debet initium

tium (q). Posito, non concessio, nomen Gallicum *domaines* iam ante domanium in usu fuisse, exinde tamen non sequitur, Gallos domanii vocabulum non præsupposuisse; hoc potius dicam, substantiuum Gallicum absque conceptu latini neque subsistere neque oriri potuisse.

§. XXVIII.

Domania ipsos Episcopos sanctitatis specie præ se ferentes possidere posse, res est, quam quidem, si pluribus illustrare vellem, nil aliud facerem, quam soli, ut aiunt, meridiano lucem ferri. (r) Nam possetne is, qui iisdem iuribus fruetur, quibus alii, domaniis gaudentes, utuntur etiam

(q) Neque latinitas mediæ ævi excludit, quamvis enim hæc corruptioni germanicarum nomen originem debeat, tamen res salua est, si perperua confusio euitetur domaniorum mediæ ævi & conceptus præposterius de voce moderna *Domaines*.

(r) Imo vero monasteriis, antequam ad tantum fastigium iura principum peruenissent, hæc ipsa communicata fuisse legimus in Chron. Stederburgense apud Leibnitium in scriptor. Brunsvic. tom. 1. p. ubi: omnes quoque, quos iure hereditatis possederunt, *litones, feodales, officiales nostri domino subiugavit, quod ad huius mundi gloriam pertinet, secundum iuramentum principum, dapiferis, Pincernis, Marschalcis, et ceteris ministerialibus nostram ecclesiam gloriosissime decoravit: fundatio vero huius Claustrii Stederburgensis facta a Domina Frederund. Comitissæ Altmanni filia in gratiam Episcopi Hildesienensis.*

etiam talia ex pacto postulare? Hæc sane omnem dubitationis circulum infinitis diametris post se relinquit. Nam cum in aprico & antea iam pluribus expositum sit, Principes domania possidere; quare Episcopi, præprimis Germani, de quibus, quod duplicem personam repræsentent, inter omnes constat, a domaniorum iure excluderentur? Distinguendum itaque inter tempora pristina atque medii ævi & moderna. Olim non erat sic; dominus enim tunc temporis sola illorum fors & domanium erat. Ligneo quondam apparatu aurei utebantur Episcopi, aureo iam vtuntur lignei.

§. XXIX.

Stabilita nunc domaniorum natura, facillime patebit, præscriptionem tam longi quam longissimi temporis neutiquam in rebus domanialibus locum habere posse, & si illum haberet, foret tamen idem contra ius naturæ, publicum, ciuile & canonicum (s).

D 3

Miser-

(s) *Vid. cap. 33. X. de iur. iur. de cuius explicatione placent verba Dn. Ludouici in doctrina ff. de præscrip. §. 12. ibi: valde miror. quod nonnulli præscriptionem domanialium ex hoc c. 33. probare nitantur, cum ibi contrarium habeatur, alienationes in præiudicium regni factas reuocandas esse, licet iuramentum de illis non reuocandis præstitum fuerit, cui adstipulatur Anton. Faber in C. ad titulum. Ne rei domini. in verbis final. pessime ageretur cum Principe, si redimendi iura quancumque temporis præscriptione tolli*

Miserrime enim reipublicæ Princeps consuleret, bonis eiusmodi exueretur, quibus alii tempore necessitatis uti queunt ad commodum suum, subiectum & totius territorii promouendum, de quo, quod ratione sæpius Principes conquesti sint, id videlicet in Recessibus passim allegatis in Principibus aliis Episcopis vel Administratoribus Magdeburgicis.

§. XXX.

Aliter autem res sese habet cum præscriptione immemoriali; hanc locum in rebus domanialibus obtinere posse, natura ipsius negotii luculenter euincit. Nam ubi nulla memoria amplius superest ibi & ipsa præscriptio (t) homines latet. Vide §. 10. & 11. Id quoque infra §. 31. ubi rationem sententiam iam confirmandæ adducturus, memoriam scilicet initii præscriptionem penitus auferre, fusi contendam,

§. XXXI.

tolli possent, alienatis quæ domanii erant coronarii, non tantum cum Principe, sed etiam cum subditis, quorum incommodo cessura essent uniuersa Principis & reipublicæ onera, si nihil de suo haberet, unde sibi ipsi sueque subuenire posset.

(t) Nec sane incognita est iuribus Germaniarum exclusio omnimodæ præscriptionis, excepta immemoriali, etiam quoad alia, quam Principum, bona, vid. leges Brunsvicenses apud Leibnitium in *collectione*. Tom. 3. p. 442. ibi n. 45. Der Stad gemeymach nicht vorjahren. it. antiquissimas leges municipales Cellenses *ibid.* p. 483. n. 12. Der Stat gemeymach nicht vorjahren.

§. XXXI.

Quando vero hanc thesin profero, hoc mihi circa illam monendum est, quod non quævis initiæ memoria præscriptionem istam excludat, & hoc est quod iis cum grandæ falis arripiendum foret, qui huic sententiæ obiiciunt, sic ab arca Noæ, quid? quod ipsi incunabulis mundi impræscriptibilia nonnulla futura; quia de iis in sacris paginis diuina memoria, adeoque certissima reperiatur. Hanc contrariam opinionem inuenies inter cæteros curatius in doctissimis Responsis Lynckerianis *Resp. Ildo qu. 2. n. 125. sequentibus*, ibique bonum dormitasse Homerum perspicies.

§. XXXII.

Vt vero paulo propius ad rem progrediar, paucissimis id verbis, in quo cardo rei vertatur, enarrabo. Tantum scilicet abest vt omnem memoriam historicam tum profanam, tum ecclesiasticam arripiam, & exinde dissentientium infringam argumentum, vt potius firmissime statuam, esse memoriam istam per authentica documenta & recognoscibilia, communiter adstruendam, quæ sunt reuersales, capitulationes, inquisitiones statuum & Principum circa illicitam domaniorum alienationem, Pontificum Bullæ, & quæ in publicis Archivis alias conferuantur, de quibus tamen singulis singulari Spho agam.

§. XXXIII.

Prima species istorum documentorum reuersales sub se comprehendit. Hæc autem sunt litteræ, quibus rem, quam antea possedimus, in alterius domi-

dominium ita tradimus, vt nullo tempore, quacunque spe fieri possit, repetamus eandem. Si vero casus existat, vt vnico instrumento plures res traditæ sint, vel numerus earum in eodem expressus, vel non, si illud, res per se clara litigat expers existit; si hoc, ex instrumento facile apparebit, an idem ad omnia, quæ sunt sub dominio vnus vel alterius, extendendum sit, nec ne? Huiusmodi generalia instrumenta sunt Præceptiones Imperatoris Præsulibus Magdeburgicis datæ, quarum celeberrima

(u) Reuersales olim in Germania semper dabantur in feudis emittiis vel pignoratitiis; ipsa feuda quæque talia in se vocabantur *reuersiones*, ob redditum nem quasi aut circumductionem ad feofactorem. Cowellus *lib. 2. tit. 7. §. 18. & lib. 2. tit. 40. §. 31.* Charta Ioan. Abbatis. S. Augustini Cantuar. *Vna cum omnibus & singulis maneriis, terris, tenementis, redditibus, reuersionibus, seruitiis &c.* Huiusmodi reuersiones, quarum per plures in Ducatu Magdeburgico inueniuntur, & desuper datas reuersales literas qui cognouissent, non opus habuissent vt mirum modum agitarentur clausulis, quas istis reuersalibus insertas legimus, *wie man das mit Pfand schloffen, nach Gelegenheit unsers Stiffts pflieget zu halten* hæ enim clausulæ etiam in puris literis inuestituræ quæ neglecto pignoris vel alienationis nexu ex profecto datæ sunt, inueniuntur, ob nullam aliam causam, quam quod istæ reuersiones seu feuda emittuntur perinde ac pignoratitia in se & sua natura quocumque tempore reuocari possint, sed de *feudo reuersionis* forte alibi.

celeberrimas & hoc loco adducere neququam pigebit, sic enim Otto IIus Imperator Romanus rescripsit Anno 976. *Cunctaque scripta auctoritatesque prædecessoris nostri piissimique genitoris Imperatoris Augusti ad eandem tutationes Regie vel Imperatorie firmitatem huic ecclesie, cui iam dictus Antistes præsulatur iam quondam tradita noua & iterata Imperii nostri auctoritate restaurauimus, & in statum non mutabilem reduximus illam, videlicet Ecclesiam vel Episcopium nostra prouidentes & tutantes sublimitate cum prædiis cuiuslibet illuc a bona memorie genitore nostro Imperatore Augusto cuiuscunque conditionis persona contraditis, cum Abbatibus, Ecclesiis, decimationibus, monetis, Teloniis, mundis specialibus, etiam secularium iudicum potestatibus, forestis locis quocunque Ducatu siue Comitatu sitis & placitis in ipsius sedis urbi a nullo hominum supra familias Archi-Episcopi sine eius voluntate habendis & cunctis omnino ad hanc ecclesiam iure legaliterque ex donis Regum vel Imperatorum, cæterorumque mortalium tam diuitum quam etiam pauperum pertinentibus tali celsitudinis nostre auctoritatiua dominatione presentibus & post successuris, districtissime prohibentes &c.* Porro in eadem ita pergit Imperator: neque aliquam iudiciariam feueritatem ibi seu quibuslibet locis vel familiis (exceptis in tuto manentibus) exerceat, verum cuncta illo respicientia sub nutu & moderamine tam præsentis antistitis quam omnium ibidem hac sede concessurorum sine ullius inquietudine vel molestia perpetuo consistant, suoque iure penitus obediant &c. Simili modo Otto IIus, Friedericus IIus, Henricus

ricus Illus, eiusdem successores antistitibus Magdeburgensibus mentem suam declararunt.

§. XXXIV.

Secundo loco in documentorum istorum coputum veniunt Capitulationes, quales sunt Episcoporum Magdeburgensium, e. g. Alberti Marchionis Brandenburgici de Anno 1514. vbi nec ea, quae germanice *Ungefälle* dicuntur, alienare velle promittit, verba id ita testantur; Item iuramus, quod nos nulla bona ad nos verosimiliter deuoluenda videri *Ungefälle* / si apud vnam personam existant non habentem filium, filios fratres seu patruos qui cum eadem persona coniunctim infeudati sunt & ad nos sic deuoluerentur & deuolui possent extendentia vltra triginta florenos Rhenenses annuæ census & redditus, aut dicta bona tantum valere in se, quod si emtioni exponerentur, quod emptio iustæ emtionis triginta floreni Rhenenses emptio communiter possent, alicui in feudum dare seu assignare, sed ea bona pro reemtione bonorum mensa nostra venditorum aut impignoratorum pro nostra mensa volumus & debemus seruare & iisdem verbis in capitulationibus suis Iohannem Albertum, vt & Sigismundum Archi-Episcopos restrictos esse reperies, quæ hoc loco adducere id supersedeo, ne lectoris beneuoli patientiam penitus abrumpam. Interea tamen quoddam ex capitulatione Ioachimi Friderici administratoris Magdeburgensis Archi-Episcopatus & Marchionis Brandenburgici de Anno 1567. nullatenus pede fugitiuè transire possum. Verba ad scopum facientia ha-

fur

sunt: Nachdem eglische Häuser zum Erz-Bischöflichen Tische gehörig / versetzt / wollen wier dieselbe mit Rath und Hülffe unsers Capittels und Unterthanen dieses Erz-Stifts wiederum einlösen und darzubringen / damit wir einer solchen stattlichen Nutzung vor solchen geringen Pfand-Schilling nicht länger entrathen dürfen / oder wollen solche Ablösung unserm Capitel zu thun vergönnen. Porro contenta quæ huc spectant ex capitulatione Augusti Ducis Saxonici & Administratoris postulati, hæc esse perspicies de Anno 1638. Die übrigen Häuser zum Erz-Bischöflichem Tische gehörig / so noch versetzt / wollen wier mit Rath und Hülffe unsers Thum-Capittels und Unterthanen des Erz-Stifts wiederum einlösen und darzu bringen lassen / damit wier einer solchen stattlichen Nutzung vor solchen geringen Pfand-Schilling nicht über abgefaste Zeit entrathen dürfen / oder wollen solche Ablösung unserm Thum-Capittel oder Landschafft ohne alles Widersprechen zu thun hiermit zugelassen haben. *Æqualibus terminis selecta ex capitulatione Marchionis Christiani Wilhelmi Administratoris de Anno 1598. includuntur.* Coronidis loco adhuc addam quædam ex dicti Administratoris Augusti Capitulatione, ita sese habentia: Wier sollen und wollen auch die Häuser und Vorwerkcker des ganzen Erz-Stifts / vermittelst Versetzung zwener Erz-Stiftischer Aembter wiederum allmählig zum Stande bringen / und in gutem baulichem Wesen von unsern Einkommen ohne Zuthuung der Landschafft nothdürfftlichen erhalten / davon im geringsten nichts

alieniren noch entäußern / dieselben auch niemand
 verschreiben / versetzen / verleihen / vergünstigen
 um ein gemandtes Schiedsweise aushum / noch in
 andere Wege / wie die Nahmen haben möchten / ein
 räumen / sondern zu Unterhalt selbstem gebrauchen
 auch da jemanden einige Aufkündfte und Intraden
 von solchen unsern Cammer- und Tisch-Güthern ver
 schrieben oder zugesaget / solche Verschreibungen
 zusage / oder wie es sonst Nahmen haben möchte
 hiewieder aufkündtzen und solche Einkommen und
 Nutzungen durch unsere Ampts-Diener berechnen
 und in unsere Cammer einantworten lassen / und
 dieselbige so viel möglich / doch ohne Beschwerun
 der Unterthanen melioriren.

§. XXXV.

Isdem recognoscibilibus documentis inquisiti
 & agnitio de illicita alienatione domaniorum, eorum
 que reuocatione per Status Prouinciales & Principe
 ipsos facta accensetur. Tales iterum ex Recessibus
 Prouinciæ Magdeburgicæ adducam, initium facturum
 a Recessu Alberti Purpurati & Electoris Moguntin
 de dato Kalbe die Mercurii post Dorotheam virgini
 anni 1541. vbi hæc verba exstant; In Verhoffungen
 so daß die Nembe dermassen gefreyet und die Stifft
 in Erhebung kommen / daß alsdenn die 50000. Rthl
 an Beschwörung wohl kunten und möchten bezahle
 werden 2c. Adde & hæc: Und daß Jhro Fürstl. C
 darüber das Jhrige hat angreifen müssen / ihren
 Kirchen-Kleinod und Credenzen versetzen und ver
 kauffen lassen / die Nembe zumtheil verpfänden un
 beschweren müssen; ex quo abunde patet, quanti

calamitatibus & sumtibus prouincia prematur, vbi Princeps ob defectum domaniorum ne quidem suppellectilia conseruare potest, vt adeo opus sit tali inquisitione, quam passim inuenies a statibus obnixè rogatam in capitulationibus vbique allegatis. Si vero hæc domania non essent, neutiquam Prouinciæ status illa reluerent soluto pretio, hæc sunt iure ipso inalienabilia, quod Statuum Magdeburgensium agnitio in Recessu de Anno 1583. egregie ita illustrat, dum Principis Ioachimi Friederici propositionem de iniqua alienatione domaniorum, ita agnouerunt: *Es befinden aber Sr. F. G. nunmehr so viel / daß Sie die Ränge / bey solchem geringen Einkommen der wenigen Membter so Sie im Gebrauch (sintemahl da Sr. F. G. derselben 24. haben sollten / jeho kaum 7. oder 8. haben) in diesen theuren und geschwinden Zeiten weniger als zuvor / und also gar nicht zureichen / und in wohlfeilen Jahren der Membter gar wenig genüssen können.* Ex quibus quisque, integro animo rem diiudicans, ita concludet, quod Marchio de iniqua alienatione serio conquestus sit, eorundemque reuocationem aperte requirat atque subinnuat.

§. XXXVI.

Horum IVto Catalogum Bulla Pontificis adauget; quippe quæ tum temporis obligandi vim adhuc habuit, & sic alienationem rite prohibere potuit. Bullam eiusmodi per Eugenium Pontificem ita exaratam, sisto: Eugenius Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Decano ecclesiæ St. Bonifacii Halberstadensis, salutem & apostolicam bene-

ditionem, dilectorum filiorum, præpositi, de
ni & Capituli Ecclesiæ St. Nicolai oppidi Ack
Magdeburgensis Diœceseos precibus inclinati, pr
sentium tibi auctoritate mandamus, quatenus
quæ de bonis ad mensam Capitularem dictæ Ecc
siæ spectantibus alienata inueneris illicite vel dist
cta, ad ius & proprietatem eiusdem mensæ leg
me reuocare procures, contradictores per censura
Ecclesiasticam, appellatione postposita, compesce
do. Testes autem qui fuerunt nominati, si se gr
tia, odio vel timore subtraxerunt, censura fini
appellatione cessante, compellas veritati testim
nium perhibere. Dat. Romæ apud St. Petrum
anni incarnationis dominicæ 1432. 3tio Dec. Ponti
catus nostri Anno secundo.

P. de Wartenberg.

Si itaque successor fauori pro se introducto non
nunciat, & iuribus antecessoris firmissime adhær
etiam per hanc Pontificis prohibitionem omnis pr
scriptio labefactatur.

§. XXXVII.

Attamen nec me fugit, hunc conceptum er
ditis etiam, qui occulta librorum non profunda
tionis scrutantur, haud perinde gratum esse, du
veterum opiniones extollunt recentium incurio
Verum enimvero illis doctissimorum virorum se
tentias opponam, qui! probationem initii cont
præscriptionem immemoriam contradicentib
etiam per documenta liquida iniungunt. Sic eni
Francofurtenses in causa des Königl. Forst-Umb
contra die Gebrüder von T. zu N. aus denen Act

so viel zu befinden/ würde klagendes Forst-Amt binnen gehöriger Frist die memoriam initii der von dem Gegenthell abgehörten Zeügen afferierten Gerechtigkeit erweisen/ und darthun/ immassen ihm Gegenthelle Nothdurfft vorbehältlich zu thun oblieget/ so erginge in der Sache was recht ist. Quod Dni Jenenses in iisdem actis confirmarunt: Auf Leuterungs-Schrift ꝛ. Daß es der eingewendten Leuterung ungeachtet bey dem am 1ten Julii nächst abgewichenen Jahres eröffnetem Urthell billig verbleibet:

Rationes decidendi:

Hiernächst nicht abzusehen/ wie die dem Königlichem Forst-Amt zugelassene probatio memoriæ initii selbigem schädlich seyn könne/ gestalt wenn solches erwiesen wird/ die vom Beklagten gerührte præscriptio immemorialis wegfällt. Sic Dni Erfordiensis Anno 1715. in rationibus decidendi contra Dn. Wolfen & Fridericum von T. zumahl dem Ansehen nach aus dem Documento F. n. actorum 4. præscriptio immemorialis illidirt werden möchte/ vbi de initio constare videtur &c. Adde expressum textum der Magdeburgischen Policey Ordnung Cap. 52. §. 3. So viel nun die præscriptionem immemorialem anlanget/ weil derselben von vielen Rechts-Lehrern die Krafft eines Tituls und erlangten Freyheit bengelegt wird/ soll es auch dabey gelassen/ und der Besizer/ welcher sich darinnen gründet/ und sie beweiset/ dabey geschüzet werden/ es wäre dann daß derjenige/ welcher ein Stück Guts in Anspruch nimmt/ erweisen wolte/ daß es der Beklagte nicht mit gutem Grunde und Glauben besitze. Vbi expressa,

pressa, etiam supposita præscriptione immemoriali probatio contraria i. e. memoria initii reseruata est ita vt omnes sententiæ contrariæ, tanquam contra ius in thesi latæ, ipso iure nullæ essent declarandas.

§. XXXVIII.

Rationem opinionis huius, cuius statim ab initio in §. 8. mentionem feci, iam fusius explanabo. Ne vero tramitem decursum relegam, contrarias sententiæ simul exponam. Præscriptionem immemorialem tum obtinere existimo, si rei possessæ ab vna parte contraria possessio alterius neque testibus auditu, nec instrumentis recognoscibilibus demonstrari potest. Alii diuersimode sentiunt. Nonnulli enim centenarium & immemorabile tempus pro vno eodemque: alii illud pro minori, quorum coryphæus est Hugo Grotius. vid. eius liber de I. & P. lib. II. de Cap. IV. Reliqui pro maiori veniunt idem. Ockelius media via incedit, dum illud neque minorem, neque maiorem nec parem centenarium facit, & tale tempus requirit, quod ex memoria hominum, qui veneranda canitie præditi eo tempore viuunt, quo de aliqua re controuertitur, nec tamen se id vidisse vnquam aliter, nisi homines nouisse, qui illud viderint, sed a maioribus potius semper contrarium audiuisse, proficere possunt.

§. XXXIX.

Hinc ob tantas Iuris peritorum hypothèses, hypothesis Illustris Dni a Ludewig in dissert. de dispari nequitia ciuitatum cum Sacro Romano Imperio, qua figuratum præscriptionem immemorabilem certo respectu app

appellat, nequaquam in admirationem me rapit. Nam licet is ab autore, nomine Bayeri quem Dresda genuit, disputationis cuiusdam de præscriptione immemoriali, sub excell. Werneri Wittebergenfis præsidio habitæ perperam citatus sit. Hanc ob causam tamen, hic illum redarguendo non redarguit, cum in effectu consentiant. Etenim id, quod iste figmentum vocat, ille per quasi præscriptionis vocabulum designavit. Præscriptionem vero nostram vel quasi talem esse, si rite sumatur, ex ipsissima negotii non tantum sed & ex contraria documentorum recognoscibilium natura sufficienter adstruxi, quod his extantibus, omni evitato dubio iuris sit figmentum.

§. XL.

Neque illud sicco pede transeundum quod asserunt, memoriam initii nihil operari, si tempus præscriptioni immemoriali præscriptum iam sit præterlapsum. At ego talem ipsis comparatam volo responfionem, qualem ex ipsissima vocis deriuatione iam sæpius desumfi. Quomodo enim immemoriale aliquid esse potest & sine memoria, iuxta Brissonium loco allegato, ubi de memoria ex documento recognoscibili constat? Fallaciam itaque committunt & principium petunt affectæ opinionis contrariæ.

§. XLI.

Ponamus iam casum, præscriptionem omnibus momentis absolutam & ex post facto detectam ex documento vero quodam initii memoriam superesse, simulque apparere, interuallum illius temporis belli

F

tempus

pus (w) interrupisse, quid tum respondebunt. Forſan hæc non valebit, forſan ad diſſentientium caſtra feſtinabunt & laudatæ a me opinioni manent & herbam porrigent.

§. XLII.

Pauciſſimis tandem ultimo loco lectores ad iuribus ciuile ablego, vbi in promptu ſunt exempla variorum in quibus præſcriptio etiam 300. annorum effectum ſuo deſtituitur. Si de memoria rei eiusque initio atque adeo de perpetua mala fide conſtet per documenta liquida, qualia inuenies in pignore & retentione venditione. (x)

§. XLIII.

Coronidis loco adhuc vni huic quæſtioni, pretium domaniorum detinentibus a domino reſtituendum fit, animum intendam, & ad illam reſpondeo, quodſi Princeps neceſſitate ductus vtilitatem prouinciæ illa alienauerit, ita vt cum cauſa cogit

(w) Videmus hoc in quæſtionibus domanialibus Magdeburgicis vbi tempora belli tricennalis, ſedis vacantia, & alia connumerari debuerunt, nec obſtante immemoriam præſcriptionem hæc omnia forte reſponſu ſpuere, nam tempore belli memoria hominum eſt cecidit, & ſedes vacans negligentiam Episcoporum arguere non poteſt, ſine qua tamen præſcriptio, tamquam iſtius pœna, fingi non poteſt.

(x) Vide de hac re elegantiffimam diſſertationem Illuſtris Dni Thomæ Directoris Academiae noſtræ & Ordinarii Facultatis Grauiſſimi, de perpetuitate debitorum pecuniariorum.

cognitione consensus statuum ad alienationem concurrat, vti Capitularium Magdeburgensium in Recesu quodam de Anno 1683. ita scribentium: Es bleibet vor 2. dabey / daß die Geld-Aufnehmung auf eglliche Erz-Stiftliche Aembter / die andere wiederum damit anzubauen / allerdinges nöthig und nützlich seyn / in massen dergleichen ehemahles in Noth-Fällen practiciret / und wohl auf mehr als auf 2. Aembter Geld erborget / so hernacher bey besseren Zeiten wieder eingelöset worden / es wollen auch hochermeldtes Thum-Capittel gewärtig seyn / daß Personen zugewiesen werden / die auf Aembter etwas Geld auszuzahlen gesinnet und bedacht seyn möchten / tum etiam a statibus sumtus subministrandi: Si vero nec iis consentientibus, peracta est alienatio & absque vlla necessitate, possidentes domania sine vlllo pretio hæc Principi restituere tenentur, ob summum vel detrimentum vel commodum, quod ex illorum vsu & abusu ad totum populum redundat (y).

§. XLIV.

Coronam huic dissertationi meæ clementissima declaratio Potentissimi Regis Borufforum & rerum Brandenburgicarum Florentissimi autoris tandem imponat, quem ita de domaniis a priuatis Magdeburgicis quibusdam hæctenus detentis gratiosissime declarat, quod nihilominus omnibus pretium

F 2

pro

(y) Fortius sane dilemma adinueniri vix potest, potissimum cum hæc principia in tot Comitibus provincialibus confirmata & corroborata sint,

pro redimendis domanialibus soluere velit, si ab
que vltiori indagacione & processu ambagibus
reuerfionem agnouerint, (z) cum igitur in eo Pr
uinciae & Ducatus inopiae, cuius cura reluendi
ipsis Recessibus agnita erat, succurrat, ad coelum
efferenda ipsius summa benignitas nunquam fat
depraedicanda, ideoque prosperum fit illi &
diuturnum Imperium.

F I N I S.

(z) Ita etiam in Cliuensi Ducatu & alibi, Co
missario Dno Praeside, non tantum ordinari
alienationes Domatum & Cameralium bonorum m
diante reuocacione reuocata, & Camerae restituta, se
& ipsa latonica seu Lassitica praedia, quae olim singula
iure competere priuatis credebantur; at vero qua
tione & haec bona ad reuerfiones Germaniae medi
pertineant, seprata indagine monstrabit Dn. Praes
iuncta editione Codicis iuris Latonici, quem tam di
cum Illustr. Dn. a Ludewig in *Iur. Clientelar. Sec*
Ill. cap. V. §. 9. tit. G. desiderarunt eruditi.

ERRATA.

- p. 4. §. 7. l. penult, pro posteriora, *posteriores.*
p. 5. n. d. l. 3. lege pro sadare *satisdare.*
p. 7. §. 10. l. 4. lege pro scrinia sumitur, *scrinia relatis sumitur.*
p. 7. §. 11. l. 7. loco vel omitt. poss. *vel amitt. poss.*
p. 7. §. 11. l. 11. lege pro particula, *particula in.*
p. 8. §. 12. l. 3. pro sint, *sunt.*
p. 8. §. 13. l. 12. lege pro tall. *toll.*
p. 12. §. 17. l. 10. pro tamen occurrunt, *tamen non occurrunt.*
p. 14. §. 21. l. 15. pro quenquam, *cuiquam.*
p. 17. §. 22. l. 12. pro focro *focero.*
p. 18. §. 22. l. 5. pro intellectus *intellectus.*
p. 23. §. 26. l. 1. bona ista, lege *bona ista Cameralia.*
p. 26. §. 26. l. antepenult. loco anno 1650. anno 1650. referuntur:

GENEROSISSIMO atque *DOCTISSIMO*
DOMINO DE POSER

Autori Dissertationis dignissimo

S. P. D.

PRAESES.

EXhibuisti mihi ex subsidiis quibusdam Tecum communicatis Dissertationem, sicuti ego nunc illam exhibeo Orbi literato. Potuissem quædam addere vel demere, sed ne styli partusue alieni suspectam redderem, præterquam quæ in notis breuiter apposui, ne verbum quidem mutauit, neque in eo laudabili in se petito Tuo deesse volui. Laudo itaque diligentiam Tuam, quam, quoad in Academiis vitam transigisti, tantopere omnibus probasti, præcipue vero illis quorum auditor fuisti assiduus ac constans, vt iam optimis iisque scientiis, quæ generoso stemmate natum decent, perpolitus inde discedere queas. Diurno tempore frequentasti homines literarum, nocturno vero lucubrafti, & ita qui aliis lectus fuit cubicularis, Tibi fuit lucubratorius. De Guilielmo Budæo referri solet, eum adeo studiis

studiis sele mancipante, vt nimio ac inuolunt
eorum amore, dum Parisiis in Bibliotheca
hæreret, lecti genialis fere oblitus fuerit, ne
que aliud magis doluerit, quam quod ipse
nuptiarum die non nisi per quatuor hora
studiis incumbere potuerit, id quod ipse Ga
liarum Rex Franciscus I. miratus, potissimum
vero responsionem summorum Collegiorum
Præsidis, asserentis, se Budæum, vtut si
proxime vicinum per integrum decennium
non vidisse. Tu vero Generosissime Dr
de Poler, vt vicini æque ac exteri Te vid
ant, iamiam, vita Academica tanta cur
laude peracta, ad peregrinationes te accin
gis, ne quidquam quod statum tuum pe
fectiorem reddere potest, omittas. Fax
itaque Ter Summum Numen, vt omni
Tibi prospere atque ex animi sententia c
dant, quo studiorum atque diligentia tu
digna feras præmia. Vale. Tum demu
mihi placebo, si multos post Te Poseros v
deam. Dab. Halæ d. 5. Oct. 1722.

Oeconomia Dissertationis

§. I. **C**ausa impulsiva, cur dissertatio conscripta.
§. II. Transitio ad thema. §. III. Et quibus consiliis elaboratum. §. IV. Cur praescriptio modis acquirendi dominium accenseatur. §. V. Synonyma usucapionis. §. VI. Quae res & a quibus personis usucapi vel praescribi non possint. §. VII. Origo praescriptionum. §. VIII. De modo quatenus praescriptio in iure fundetur, agitur relative. §. IX. Praescriptionem immemoriam esse subsidiariam monstratur. §. X. Quid sit memoria. §. XI. Quid immemoriale. §. XII. Praescriptionum usus se exerit a.) in servitutibus rusticis. §. XIII. b.) In regalibus, de quorum definitione circumspicitur, ibique de L. Regia Romanorum. §. XIV. De regalium diuisione. §. XV. Quid maiora, quid minora, quid bona regalem dignitatem annexam habentia? §. XVI. Quorundam enumeratio. §. XVII. De norma regalium negatur quod sit textus Feudorum quae sunt Regalia. §. XVIII. De regula generali respectu regalium, quae tamen dari non potest absoluta omnibus numeris; & an talis sit destinatio Principis? §. XIX. An illa ab utilitate reipublicae deriuanda? ibi de adespotis. §. XX. Ex antecedentibus respectu regalium corollaria deducuntur, & singularis casus de terra alba adiicitur, quam tanquam regale Serenissimus Rex Borussiae contra Ducem Hassiae Homburgensem vindicauit, ubi sententiae facultatum Iuridicarum cum rationibus occurrunt. §. XXI. De eodem casu offertur Decretum Erfordiensium cum rationibus. §. XXII. Usus praescriptionis immemorialis in rebus domanialibus. §. XXIII. Definitio domaniorum. §. XXIV. An ex iure Graecorum vel Romanorum haurienda, an vero ex iure naturae & Gentium? ibi

studiis se se mancipasse, ut nimio ac insolito
eorum amore, dum Parisiis in Bibliotheca
hæreret, lecti genialis fere oblitus fuerit, ne
que aliud magis doluerit, quam quod ipse
nuptiarum die non nisi per quatuor horas
studiis incumbere potuerit, id quod ipse Ge-
liarum Rex Franciscus I. miratus, potissimum
vero responsionem summorum Collegiorum
Præsidis, asserentis, se Budæum, ut ut si
proxime vicinum per integrum decennium
non vidisse. Tu vero Generosissime D.
de Poser, ut vicini æque ac exteri Te vid-
ant, iamiam, vita Academica tanta cu-
laude peracta, ad peregrinationes te acci-
gis, ne quidquam quod statum tuum pe-
fectiorem reddere potest, omittas. Fax
itaque Ter Summum Numen, ut omnia
Tibi prospere atque ex animi sententia ce-
dant, quo studiorum atque diligentiae tuæ
digna feras præmia. Vale. Tum demum
mihi placebo, si multos post Te Poseros vi-
deam. Dab. Halæ d. 5. Oct. 1722.

Oeconomia Dissertationis

- §. I. **C**ausa impulsiva, cur dissertatio conscripta.
§. II. Transitus ad thema. §. III. Et quibus consiliis elaboratum. §. IV. Cur prescriptio modis acquirendi dominium accenseatur. §. V. Synonyma usucapionis. §. VI. Quae res & a quibus personis usucapi vel praescribi non possint. §. VII. Origo praescriptionum. §. VIII. De modo quatenus praescriptio in iure fundetur, agitur relatiue. §. IX. Praescriptionem immemoriam esse subsidiariam monstratur. §. X. Quid sit memoria. §. XI. Quid immemoriam. §. XII. Praescriptionum usus se exerit a.) in seruitutibus rusticis. §. XIII. b.) In regalibus, de quorum definitione circumspicitur, ibique de L. Regia Romanorum. §. XIV. De regalium diuisione. §. XV. Quid maiora, quid minora, quid bona regalem dignitatem annexam habentia? §. XVI. Quorundam enumeratio. §. XVII. De norma regalium negatur quod sit textus Feudorum quae sunt Regalia. §. XVIII. De regula generali respectu regalium, quae tamen dari non potest absoluta omnibus numeris; & an talis sit destinatio Principis? §. XIX. An illa ab utilitate reipublicae deriuanda? ibi de adespotis. §. XX. Ex antecedentibus respectu regalium corollaria deducuntur, & singularis casus de terra alba adiicitur, quam tanquam regale Serenissimus Rex Borussiae contra Ducem Hassiae Homburgensem vindicauit, ubi sententiae facultatum Iuridicarum cum rationibus occurrunt. §. XXI. De eodem casu offertur Decretum Erfordiensium cum rationibus. §. XXII. Usus praescriptionis immemorialis in rebus domanialibus. §. XXIII. Definitio domaniorum. §. XXIV. An ex iure Graecorum vel Romanorum haurienda, an vero ex iure naturae & Gentium? ibi

de Augusti diuisione cum P. R. concernente prouinc
§. XXV. Diuisio sumtuum Principum in bellicos
ciuiles, ad quos posteriores domania spectare, ex do
mentis monstratur. §. XXVI. An domania a G
ad nos prolapsa sint? An vero Germani illis iam
dum vsi fuerint? Quod documenta docent. §. XXVII
Deriuatio vocis domanii. §. XXVIII. An etiam E
copi talia habeant. §. XXIX. Præscriptio doman
rum est contra ius naturæ, publicum, ciuile, cano
cum. §. XXX. Neutiquam tamen præscriptio imm
mortalis, quod ex natura vocis & negotii fluit.
XXXI. An omnis memoria initii præscriptionem
memorialem excludat, e. g. ab Arca Noachi? §. XXXII
Qualitas documentorum, ex quibus memoria adst
atur, & præscriptio immemoralis tollatur. §. XXXIII
De litteris reuersalibus eorumque exemplis, &
Germania. §. XXXIV. De capitulationibus. §. XXXV
De inquisitione Principum & statuum circa illicit
domaniorum alienationem. §. XXXVI. De B
Pontificiis. §. XXXVII. Afferuntur præiudicia & s
tentia lata pro sententia sæpius laudata. §. XXXVIII
Eius ratio exponitur. §. XXXIX. Opinio Illust. Dn
Ludewig cum sententia Excell. Wernerii ipsum red
guentis conciliata. §. XL. Respondetur ad obiectione
quod scilicet ad minimum memoria initii nihil ope
tur, si tempus præscriptioni immemoralis destinatu
iam sit præterlapsum. §. XLI. Quid sentiendum de
casu, si præscriptio ista per tempora belli sit interrup
§. XLII. Exempla ex iure ciuili, ubi præscriptio eti
300. annorum nihil operatur. §. XLIII. Responde
ad questionem, an pretium reuocandorum regali
& domaniorum detinentibus restituendum sit? §. XLIV
Clementissima Potentissimi Regis Borussiae declaratio
§. I. Dudu

Sunt Tua docta Tuo Conamina digna labore
Queis mentis vires, Judiciumque probas.
Dum sua CÆSARIBUS defendis JURA SACRORUM
Te quoque Justitiæ munera grata manent;
At simul huic Sceptro confinia jura locasti,
Sic sua Jura DEUS, sic sua CÆSAR habet.
Perge bono Auspicio, gradibusque insiste Tuorum
Et carus multis jure SOPHANDER eris.

Hicce Nobilissimo ac Clarissimo Dn. Weismanno, Amice
suo integerrimo ac Suavissimo, de egregio ac docto hoc
specimine, ex sincero animi affectu gratulari voluit.

PRÆSES.

Applaudo eximiis studiis, WEISMANNE, precor-
que,

Adsint ut meritis præmia digna Tuis.

Lubens meritòque scribebat.

CHRISTOPH. MATTH. PFAFF.

S. Th. D. Prof. Primar. & Cancell.

Pressa Evangelici suspirant Jura Sionis
Patronum: Justus vindicet illa DEUS!

Honor. & affectus ergò appos.

GEORGIUS FRIDERICUS HARPPRECHTUS,

D. Ordinis sui h. t. Decanus.

Tutores summos, queis nostra Ecclesia gaudet,
Altiùs ex ipsis fontibus hîc repetis.

Cæsaris hæc pars est, docto quod disseris ore
Si DEUS adstiterit, salva manet requies.

Doctissimo Dn. Weismanno Respondenti de erudito hoc specimine
ex animo gratulatur cum voto securitæ omnigenæ felicitatis.

MICHAEL GRASSUS, D. P. P.

G

Cum

Cum petis Aoni disputare disertus in Aula,
Ingenio tanto cur mea vota negem?
Utere fortunâ, felicibus utere velis
Inde tuæ laudis florida palma viret:

Honoris & amicitiae ergo gratulabundus a
ERNESTUS THEOPHILUS MA
Crusianus U. J. D. P. I.

EN! quid jure suo, poscunt à *Cæsare* Nostri
Id *Tua*, nervoso robore, lingua probat.
Sed quod jure *Tuo*, *Tibi* gratuler, omnia faust
Et *Tua* scripta probant, & *Tua* lingua satis

Hicce Nobil. ac Præclariss. Dn. Weissmanno Fautori at
suo Honoratissimo, de egregio themate, egregiè res
jure meritoque applaudit.

JACOBUS DAVIDES MOEG
D. & Jur. Canon Prof. Publ. Or

Quæ Patribus favit præsignis gratia nostris,
Nec non dulces decus præsidiumque fu
Te quoque dignetur rebus servare secundis:
Cœlitus & donis condecorare suis.

Amoris honorisque causa paucula hæc verba posui

CHRITIAN. EBERH. WEISMANN
& Prof. Theol. Publ. atque Eccles. Tubing. Pal

Is sapiens est vir, qui leges novit & illas
Observat, fac hoc porrò, { *Sophander* }
{ *beatus* }

Præclarissimo Domino Respondenti, A
Auditori quondam suo estimatissimo
posuit

CHRISTIANUS HENRICUS HI
U. J. D. & P. P.

L Audant auctorem quæ docto scripta labore
Ingenii præbent heic documenta Tui.
Nec dubito, quin, quæ Tua pagina continet, illi
Sis defensusus dexteritate pari.
Mox capies fructus tanto molimine dignos,
Quorum ut succrescat messis amœna precor.

Clar. Dn. Auct. Resp. Auditori quondam
æstimatissimo l. mqj. scr.

JOH. EBERHARDUS ROES
Philos. Pract. Prof. P. O. Duc. Stip. Eph.

CÆSARIS AUGUSTI Virtus est summa tueri
NAVICULAM CHRISTI, fluctibus expositam.
Hac de Re magnâ scribis bene, differis aptè,
Gratulor hinc PATRI, gratulor atque Tibi.
Perge pio zelo defendere JURA, supremus
LEGUM AUTHOR quondam Præmia digna dabit.

Suo ex SORORE unicâ charissimâ NEPOTI per
de Materiâ maximi momenti feliciter disputa
adplaudit Avunculus,

GEORG CONRAD PREGI
Prof. & Ecclesiastes.

EX merito Ingenium magnum sublimia tractat:
Cui meritò mea mens non nisi magna vovet.

Honori Doctissimi Domini Respondentis
ris hæc dare debuit Amicus ejus addictus

CHRISTOPH. DAVID GERLA
Sup. Dic. Adv. Oppon.

Z Neuer Freundschaft Band und Pflicht
Besteht in vilen Worten nicht
Drum will ich nichts als dieses schreiben
Ich werde stets sein Freund verbleiben!

Also wolte seine Ergebenheit mit wenigem an
des Hrn. Respondenten ergebenster Freund und

C. L. de CACHEDENIER, Op

Quod WEISSMANNE! habeas præ multis Nomen & Omnia
Hoc Specimen nobis testificatur ovans.

Hiscæ Eruditionem Nobilissimi Domini Candidati Autoris,
& Cognati æstumatissimi, venerari, in simulque Ipsi sui nomen
etiam ulterius commendare voluit, debuit Ejus addictissimi

G. F. de BURGERMEISTER, C.

Diva Cui virtus plaudit, Divæque Sorores
Castaliæ, & juncta Carmina laude canant:
Ille hominum plausus & Carmina spernit, & ultro
A tenui facilè laudibus ore caret.

U Cur igitur docta tenui cum Carmine charta
Nomen in hac nostrum, FAUTOR, adesse jubes?
Quippe Tuum jussum mihi signum est dulce benignæ
Mentis, & affectus tessera fida Tui;
Ergò meum obsequium Tibi sit Domuique Paternæ
Officii & Cultus tessera fida mei,

Nobilissimo Domino Candidato, Fauto
Æstumatissimo gratulabundus scr.

M. GEORG. FRID. STEINWEEG, Scr.

Nach der Arbeit kommt das Lohnen /
Ehren Kronen /
Sagen einst auf Müß und Fleiß
Darum kan auch dein Bemühen
Werther Freund nichts nach sich ziehen
Als nur Nutzen / Ruhm und Preis,

Darzu dem Herrn Respondenten gratuliret mit
desselben Ergebenen Freund und Diener

ERNST ERHARD R.

CAusa patrociniò mala non est digna, triumphat
Æqua: æquas igitur suscipe, gratus eris.
Gloria, quæ rectum sequitur, non læditur ulli
Hanc ut & obtineas, suavis Amice, precor,

Hæc Nobilissimo Dn. Candidato, Fautori &
æstumatissimo, amoris ergo posuit.

HENRICUS SCHEINEMANN, Jur.

